

seu Villę Ecclesię Romanę subiecta in Terris Patrimonii constituta alicui Universitati seu Communitati, vel privatę personę cuiuscumque conditionis aut status existeret, se subiicere, submittere, seu supponere valeret, consuetudine, recognoscendo, seu profitendo se subesse alicui Universitati vel privatę personę, seu ad eosdem super illis, & in ipsis, ac in districtis Civitatibus, Castris, & Villis aliquam jurisdictionem, dominium, capitaneatum, seu quamvis aliam præminentiam pertinere: & si quę Civitates, Castra, vel loca, tunc de facto ad submissionem, vel suppositionem aliquibus Civitatibus, vel privatis personis de se factam venditioni, donationi, vel cuiusvis alterius contractus, colore, vel titulo procefferant, illa, quamvis de iure non valerent, quatenus de facto procefferant, realiter & effectualiter revocare studeant, nec illis unquam uterentur, nec virtute submissionis huiusmodi, vel alias illis, quibus quovis titulo, vel colore se submiserant, nullatenus obedirent, parerent, vel intenderent: contrarium vero facientes directe, vel indirecte per se, vel alios, tam illi, & eorum singuli, qui in Civitatibus, Castris, aut Villis eiusdem Patrimonii, vel eorum aliquo huiusmodi dominium, superioritatem, capitaneatum, advocacionem, jurisdictionem, quamcumque præminentiam seu præfidentiam sine licentia Sedis Apostolicę speciali reciperent in futurum, ac qui tunc ex quocumque contractu vel obligatione receperant, seu quavis usurpatione quomodolibet occupaverant, nisi sic occupata & recepta infra duorum Mensium spatium, postquam constitutio ipsa ad eorum notitiam pervenisset, vel per eos stare, quominus valeret pervenire, dominium, seu præfidentiam, superioritatem, capitaneatum, jurisdictionem quamcumque, seu præminentiam, huiusmodi realiter dimitterent, cum affectu illa nullo unquam tempore absque ipsius Sedis licentia resumpturi, quam illi qui se submitterent, supponerent, seu subiicerent, ut præfertur, simili modo, cuiuscumque dignitatis, status, ordinis, vel conditionis existerent, singulares personę sententiam excommunicationis incurrerent, ac Terrę ipsorum ubicumque forent ipso facto interdicto Ecclesiastico subiacerent, Civitates, aut Castra, & Villę, quę ex tunc in antea se submitterent, supponerent, seu subiacerent, & quę submissionem, suppositionem, seu subiectionem huiusmodi reciperent, seu quomodolibet occuparent, & quę se tunc quovis colore, vel titulo, ut præmittitur, submiserant & subiecerant, ac Civitates, quę submissiones, & subiectiones huiusmodi receperant, nisi infra prædictum duorum Mensium spatium ab omni effectu dictę submissionis, & subiectionis realiter desisterent, ipsi ulterius non usuri, seu contra Constitutionem, & inhibitionem prædictam venire directe, vel indirecte per se, vel alium seu alias attentarent, Ecclesiastico interdicto subiacere decrevit: & nihilominus omnibus privilegiis, ac gratiis necnon feudis, bonis, honoribus, & iuribus quibuscumque, quę ab eadem Romana, & aliis Ecclesiis obtinebant privatim & privatos, & privata voluit esse ipso facto: Non obstante si eis, vel eo-

Adiecta ab eodem p[ro]p[ter] contra inobedientes.

rum aliquibus communiter, vel divisim ab eadem esse Sede indultum, quod excommunicari, eorumque Terrę, & Loca Ecclesiastico interdicto supponi non possent per literas Apostolicas non facientes plenam, & expressam ac de verbo ad verbum, de indulto huiusmodi, ac eorum personis locis ordinibus, & nominibus propriis mentionem.

§. 2. Postmodum vero prædictus Prædecessor Clemens omnes submissiones, subiectiones, suppositiones, super prædictis factas, & obligationes, pacta, seu conventiones sub titulo venditionis, vel cuiusvis alterius contractus quomodolibet initas, habitas, & quascumque penas adjectas, & iuramenta præfata, super illis sub quibuscumque modis & formis, vel expressione verborum, præsertim cum in prejudicium eiusdem Ecclesię redundarent, ac iuramentum vinculum iniquitatis esse non deberet, decrevit fore nulla vacua, irrita, & inania, & nullius existere firmitatis, & quatenus ad illa de facto processum extiterat, sustulit & revocavit omnino & iuribus vacavit.

§. 3. Et cum idem Prædecessor Joannes dudum universis & singulis, tam Clericis quam Laicis, cuiuscumque status, ordinis, conditionis, præminentię, vel dignitatis existerent, etiam si Pontificali, vel Imperiali, seu Regali, vel quavis alia dignitate fulgerent, ac omnibus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, & Nobilibus, ac Potestatibus, Capitaneis, & aliis Officialibus quibuscumque, Communitatibus, & Populis Civitatum, Terrarum, Castrorum, & aliorum quorumcumque locorum ubicumque consistentium, & omnibus aliis quibuscumque auctoritate Apostolica inhibendum per suas literas vim Constitutionis habentes duxerit & mandandum, per se vel alios directe, vel indirecte, Patrimonii Romandiolę Marchię, Anconitan., Ducatus, Spoletan. Campanię, Maritimęque, ac Massę, Trebarię, Provincias Venetiarum, & Urbinate olim Comitatus, ac Urbinaten. & Ravennaten. Civitates, & alias Terras, Civitates, Castra, Villas, & Loca quęcumque ad eandem Romanam Ecclesiam pertinentia, vel ipsorum, aut aliquis eorum partem occupare, invadere, aut turbare, seu fidelibus eorundem injurias, damna, seu violentias irrogare, aut occupantibus, invadentibus, turbantibus, vel injurias, damna, seu violentias irrogantibus publice vel occulte assistere, aut auxilium, consilium, vel favorem directe vel indirecte, publice vel occulte per se, vel alium, seu alios prestare, presumerent quoquomodo, in omnes & singulos contra inhibitionem & mandatum huiusmodi venire, aut attentare per se, vel alios presumentes tam Clericos quam Laicos etiam si, ut prædicebatur, Pontificali, aut Imperiali, seu Regali, vel alia quavis dignitate fulgerent, de Fratrum suorum consilio excommunicationis, quam eo ipso incurrerent, sententiam promulgasset, necnon quaslibet Universitates, Communitates, & Populos, ipsorumque Civitates, Terras, Castra, Villas, & Loca in præmissis, vel aliquo præmissorum culpabilem supposisset Ecclesiastico interdicto, & eos ac ipsorum quemlibet omnibus privilegiis, indulgen-

In contrariis acta viribus vacuata.

Cautum quoque, ne quis Terras eorundem quolibet pretore usurpare sibi, aut eorum incolas molestare audeat, innovatis ad hoc Joannis XIII. literis.

tiis, gratiis, & immunitatibus realibus, & personalibus ab eadem Ecclesia, & Imperio Romano concessis eisdem omnium, etiam Feudorum, honorum, honorum, officiorum, iurium, & jurisdictionum, quę ab Ecclesia, & Imperio prædictis obtinerent, de ipsorum Fratrum consilio auctoritate privasset, eadem ipsos ad illa, & similia, & quęlibet alia, eorumque filios, ac Nepotes, ad quęlibet Beneficia Ecclesiastica, dignitates, personatus, & Officia cum Cura, vel sine cura quovis nomine censerentur, auctoritate quęlibet obtinenda, usque ad tertiam generationem exclusive reddendo inhabiles & indignos, idem Prædecessor Clemens per præmissa, vel quęcumque alia, inhibitioni, mandato, penis, & sententiis per ipsum Joannem Prædecessorem factis & promulgatis, ut superius est expressum, aliisque contentis in Literis Joannis Prædecessoris eiusdem per Constitutionem eandem roboravit, & in sui vigoris efficacia voluit, & decrevit permanere, prout in ipsius Prædecessoris Literis plenius continetur.

Missa Joannis Literas lege superius pag. 132.

Laudat Constitutiones ad omnes Terras ceteraque Rom. Ecclesie jura extenduntur.

Clausula.

Dat. die 6. Octob. 1355. An. III.

§. 4. Cum itaque temporum crescente malitia & abundante iniquitate multorum non solum prædicta Patrimonii sed aliarum Provinciarum, atque Terrarum, quę præfata Romanę immediate subfunt Ecclesię, jura occupationibus pateant invasorum, & ob hoc provisionem circa ipsam Patrimonii Provinciam particulariter adhibuit ad omnes alias Provincias & Terras easdem generaliter suadeat urgens necessitas protogandam Constitutionem prædictam, & omnia & singula in ea contenta ad Campanię, Maritimę, Ducatus, Spoletan. Marchię, Anconitan. Massę Trebarię, Terrę Sanctę Agathę, & Romandiolę Provincias, necnon ad Bretenorri, & quondam Urbini, ac Venetiarum Comitatus, & ad Beneventan. Ravennaten., & Bononien., ac alias Civitates Terras, Castra, Villas, Oppida, Fortalia, jura, jurisdictiones, & bona omnia & singula ubilibet constituta, quę prædictę Romanę immediate subfunt, ut præfertur, Ecclesię auctoritate Apostolica de Fratrum nostrorum consilio extendimus ac etiam prorogamus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre Constitutionis infringere &c. Datum Avenioni secundo nonas Octobris Pontificatus nostri anno III.

X.

Institutio Cathedre Theologicę in Studio Generali Civitatis Bononię.

Innocentius Episcopus, Servus Servorum Dei, Ad prepetuam rei memoriam.

Facultatis Theologicę laus.

Quasi lignum vite in Paradiso Dei, & quasi lucerna fulgens in domo Domini est in Sancta Dei Ecclesia facultatis theologicę disciplina. Ipsa velut fecunda eruditionis mater ad irrigandam sterilem Orbis faciem fluvios de pectore Salvatoris emittens, humanum genus originalis ignorantie Bull. Rom. Tom. III. Pars II.

cacitate deforme, per infusionem veritatis, adviam reducit justitię vitę, ad vivificat animas easque ad exaltationem catholicę fidei, & exterminium hæreticę pravitatis, & cunctorum infidelium, & adversus etiam invisibiles potestates, armis inexpugnabilibus munit, & fortissimas constituit bellatrices.

§. 1. Hęc frequenter intra cordis arcana sollicita mente revolvimus, & intenta meditatione pensamus, tantoque propterea amplius ad illius dilationem studia & labores libenter impendimus, quanto exinde majora animarum lucra provenire, & universalis Ecclesię statum, amplius cognoscimus augmentari.

Eius itaque dilatacionem intendit Pontifex.

§. 2. Sane dum fructus uberes, quos Studium Bononiense, quod longissimis temporibus in seipso sicut præfulgida stella emicuit, & diffusa claritate longe lateque refulsit in jure canonico & civili, & liberalibus artibus tamquam ager plenus, cui Dominus benedixit, copiosa fertilitate produxit hætenus, & producit, cum delectatione animi recensemus, & exinde speramus ipsius Theologię palmites, si illius studium esset ibidem, amplius propagandum dumque fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam dilecti filii: Populus & Commune Civitatis Bononię, nostri & Romanę Ecclesię fideles, ad nos & dictam Ecclesiam habuerunt hætenus & habere noscuntur, diligenter attendimus, dignum ducimus, & æquitati congruum existimamus, ut Civitas ipsa, quam divina gratia magnis donis & gratiis illustravit, honorum multiplicium fecunditate dotavit, & loci amenitate non modica decoravit, huiusmodi scientię theologicę facultatis muneribus ampliatur.

Attonitque Civitatis Bononię con-ditionibus.

§. 3. Ideoque eorundem Populi & Communis devotis in hac parte supplicationibus benignę annuentes, auctoritate Apostolica statimus & ordinamus, quod in d. Civitate deinceps, Studium generale in eadem Theologica facultate existat, & perpetuis futuris temporibus vigeat.

Eam ibi instituit.

§. 4. Ac docentes & studentes ibidem in facultate prædicta, omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus concessis doctibus, & Scholaribus studentibus in illa in Studiis generalibus ejusdem facultatis commorantibus, gaudeant & utantur. Volumus tamen quod ad docendum & regendum, in ipso studio in huiusmodi facultate Magistri & Baccalarii, qui in Parisiensi, seu aliis famosis studiis ejusdem facultatis honorem magistrerii seu baccalariatus acceperint, & alias experti & idonei in huiusmodi studiis theologicę facultatis noviter assumantur, in quod Civitas ipsa tanto insignita honore, dotibus fulgeat honori correspondentibus memorato.

Concessis studentibus, & legibus amplius privilegiis.

§. 5. Insuper, Civitatem & Studium præfata, ob proventus publicos, quos proinde speramus, amplioribus honoribus prosequi intendentes, auctoritate ordinamus eadem, ut si qui in eodem Studio processu temporis ejusdem scientię theologicę facultatis brevium affectu, sibi docendi licentiam, ut alios erudire valeant petierint, impertiri possint, examinati diligenter ibidem, & in eadem facultate theologica, titulo magistrerii decorari. S. 6. Au.

Data facultas licentiandi.

De forma licentiarum, & laureandi per Episcopum, ejusdem Civitatis.

S. 6. Auctoritate Apostolica statuente, ut quoties aliqui in eadem Theologica facultate, in eodem Studio fuerint magistrandi, presententur Episcopo Bononiensi, qui pro tempore fuerit, vel ejus, sufficienti tamen, & idoneo, quem ad hoc idem Episcopus dixerit specialiter deputandum, seu Ecclesia Bononiensis Pastore carente, dilectorum filiorum Capituli ipsius Ecclesie, qui erit pro tempore, Vicario generali, qui omnibus magistris dicte facultatis Theologicae, in qua hujusmodi examinatio fuerit facienda in Studio ipso actu regentibus, presentibus convocati, eos gratis, pure, & libere, ac omni dolo & fraude ac difficultate cessantibus, de scientia, facultate, modo legendi, & aliis quae in promovendis ad Magisterii honorem in facultate praedicta & ejus officium requiruntur, examinare studeant diligenter, & illos, quos idoneos reperierit, petito secrete, pure, ac bona fide eorundem magistrorum consilio (quod utique consilium in ipsorum consentium, dispendium & iacturam, sub debito juramento super hoc prestando, cum ab Episcopo seu Vicario ac singulis magistris hujusmodi revelari, quomodolibet districtus prohibemus) approbet & admittat, eisque petitam licentiam largiatur, & alias minus idoneis postpositis, gratia, odio, vel favore, nullatenus admittendo, super quibus Episcopi, Magistrorum, & Vicarii praedictorum conscientiam oneramus.

Dodorum facultates.

S. 7. Volentes quod illi, qui in praefato Studio magistrati fuerint in facultate praedicta in eo, & in aliis generalibus Studiis dicte facultatis legendi & docendi, absque approbatione alia liberam habeant facultatem.

Nulli ergo, &c. Si quis autem, &c. Datum apud Villam Novam Avinionensis Diocesis, XI. Kalend. Julii, Pontificatus nostri Anno Octavo.

Dat. die 21. Junii 1360. An. VIII.

URBANUS V.

PAPA CC.

ANNO DOM. MCCCLXII.



Die 28. Octobris anno 1362. Electus est in summum Pontificem Guillelmus Grimoardi Abbas S. Victoris Massiliensis, qui Urbanus V. nuncupari voluit. Consecratus die 6. sequentis Novembris fedit in Pontificatu a die Coronationis annos VIII. Mens. I. dies XIV. imperantibus in Oriente Joanne Palaologo, in Occidente vero Carolo IV. Imperatoribus. Obiit Avinione die 19. Decembris 1370. & sepultus est in Ecclesia majori Avinionensi in Capella Joannis XXII. Vacavit Sedes dies XI.

In-

I.

Ex Regest. Paris. editis Regest. Ital. Sac. ubi de Ecclesia Patavina.

Institutio Studii Generalis in Civitate Patavina etiam in facultate Theologica.

Urbanus Episcopus Servus Servorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Praemium.

Sane dum fructus uberes, quos Studium Paduanum, quod longis temporibus in se ipso, sicut praefulgida Stella emicuit, & diffusa claritate longe late resulxit in jure canonico, & civili, & liberalibus artibus, tamquam ager plenus, cui Dominus benedixit, copiosa fertilitate produxit hactenus, & producit cum delectatione animi recensemus, & exinde speramus ipsius Theologiae palmitem, si illius studium esset ibidem, amplius prorogari. Dumque fidei puritatem, & devotionem eximiam, quam dilecti filii Universitatis Studii Paduani, & Cives Civitatis ejusdem nostri, & Ecclesiae Romanae devoti, ad Nos, & dictam Ecclesiam habuerunt hactenus, & habere noscuntur diligenter attendimus, dignum ducimus, & aequitati congruum existimamus, ut Civitas, & Universitas praedictae, quas divina gratia magnis donis, & gratiis illustravit, ac honorum multiplicium fecunditate dotavit, & loci amenitate non modica decoravit, hujusmodi scientiae Theologicae facultatis muneribus amplietur. Ideoque eorundem Studentium inibi supplicationibus inclinati auctoritate Apostolica statuimus, & ordinamus, quod in dicta Civitate deinceps Studium generale in eadem Theologica facultate existat, & perpetuis futuris temporibus vigeat: ac docentes, & Studentes ibidem in facultate praedicta omnibus privilegiis, libertatibus, & immunitatibus concessis docentibus, & Scholaribus studentibus in studiis generalibus ejusdem facultatis commorantibus, gaudeant, & utantur. Volumus tamen, quod ad docendum, & regendum in ipso Studio in hujusmodi facultate Magistri & Baccalarii, qui in Parisiensi, seu aliis famosis Studiis ejusdem facultatis honorem Magisterii, seu Baccalaureatus receperunt, & alias experti, & idonei in hujusmodi Studio Theologicae facultatis noviter assumantur.

Institutio, de qua in rubrica.

Scholarium, Magistrorumque Privilegia.

Cetera consilio oratio, & cetera omnia verborum sunt ac in Constitutione X. Innocentii VI. pro Universitate Bononiensi pag. 323.

Dat. die 14. Aprilis 1363. An. I.

Datum Avinioni XVIII. Kalendas Maii Pontificatus nostri anno I.

II.

Privilegium Ordinis Cartusianorum utendi Altare portatili pro celebratione Missarum in locis ad Ordinem spectantibus.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, Dilectis filiis Priori Domus Cartusiae Gratiopolitanae Diocesis, ac Prioribus Prioratum & domorum aliarum, ceterisque personis Cartusienis Ordinis, Salutem & Apostolicam benedictionem.

Sinceram devotionis affectus, quem ad nos, & Romanam Ecclesiam geritis, non indigne meretur, ut petitionibus vestris, illis praefertim, quas ex devotionis zelo prodire conspiciamus, quantum cum Deo possumus, favorabiliter annuamus.

S. 1. Hinc est, quod nos vestris in hac parte supplicationibus inclinati, ut liceat vobis, & successoribus vestris habere Altaria portatilia cum debita reverentia & honore, super quibus in domibus, ac grangiis, & cellariis, & aliis locis congruentibus & honestis, ad domos, seu Prioratus vestros spectantibus, possitis Missam, & alia divina officia celebrare, & in vestra praesentia facere celebrari, devotioni vestrae, tenore praesentium indulgemus.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrorum statutorum, ordinationum, voluntatum, inhibitionum, concessionum, & mandatorum infringere &c.

Dat. Aven. VII. Kal. Maii, Pontificatus nostri Anno I.

III.

Jurisdicchio Camerarii S. R. E. procedendi, contra piratas, nova pedagia imponentes eaque perpetrantes, quae in Bulla in Cena Domini vetantur.

Urbanus Episcopus, Servus Servorum Dei, Venerabili Fratri Arnoldo Archiepiscopo Auxitano Camerario nostro Sal. & Apost. Bened.

Apostolatus officium, cui quamquam immeriti disponente Domino praesidemus, exposcit, ut contra praesumptuosam malignorum turbam, Apostolicae Sedis sententias, & canonicas non verentium sanctiones exequutores justitiae optimos, quantum cum Deo possumus studiose apponamus.

S. 1. Olim siquidem felices recordationis Bonifacius Papa VIII. praedecessor noster, eos qui ab Ecclesiis, vel personis Ecclesiasticis pro eorum rebus propriis, quas non negociandi causa deferunt, aut deferri faciunt, vel transmittunt, pedagia, seu gvidacia, suo vel alieno nomine exigere vel extorquere, si persona existeret singularis, cujuscumque foret

Exordium.

Privilegium, de quo in rubrica.

Clausula.

Dat. die 29. Aprilis 1363. An. I.

Praemium.

Bonifacius VIII. ab Ecclesiasticis pedagia prohibere exigit.